UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Aemiliano & Pelagio Diaconis. 83.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

πατράσιν, ἀργαλεωτέρα ἐστὶν ἡ τιμωρία, ὅταν τὰ παιδία ἐξολοθρευθεῖεν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τυχὸν, εἰ καὶ πρὸ τῆς διαγνωστικῆς τῶν καλῶν, καὶ τῶν οὐ τοιούτων ἡλικίας τελευτήσοιεν, οὐδ' εἰ ἐν τιμωρίᾳ γεγόνασιν, εἴσονται. εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν εἰς τὴν διαγνωστικὴν ἡλικίαν, οὐ πάνυ χαλεπῶς ἐνέγκοιεν τὸ πρᾶγμα τῆς συνηθείας τὴν τιμωρίαν ἐξευμαριζούσης. καὶ μάλιστα, ὅτε οὐδὲ ἑκούσιόν ἐστι τὸ ἔγκλημα. οἱ δὲ γονεῖς ἀνυπόστατον ὑπομένουσι τὴν τιμωρίαν. εἰ τοίνυν νενόηταί σοι τὸ εἰρημένον περὶ τῶν ἀκουσίων παθῶν, περὶ γὰρ τῶν ἑκουσίων οὐκ ἂν οἶμαί σε ζητῆσαι. οἶσθα γὰρ ὡς Ὀζίας τῇ ἱερωσύνῃ οὐ δεόντως ἐπιπηδήσας, καίτοι βασιλεὺς ὤν, ἐλεπρώθη, τῷ θεῷ χάριν ἴσθι. εἰ δὲ μὴ ἀποδοχῆς ἂν εἴην δίκαιος παρὰ τῶν νοούντων τυχεῖν, ὅτι τὸ πρέπον καὶ τὸ σεμνὸν τῆς σαφηνείας ἐνταῦθα προετίμησα, τὰ τῆς φύσεως μὴ ἐκπομπεύσας μυστήρια.

τυχεῖ.

Ἰωάννῃ σχολαστικῷ. πβ.

Οὐδεὶς, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ἀνδρεῖον ἔχων φρόνημα, καὶ τῆς ἀνδρὸς προσηγορίας ἄξιος, τῇ τῶν ἀνδρογύνων θέᾳ ἁλίσκεται τῶν τὸν ἀνθρώπινον ἐξορχουμένων βίον. καὶ τότε τηνικαῦτα μάλιστα εὐδοκιμούντων, ἡνίκα ἂν ὡς μάλιστα ἐκκαυθῶσιν.

Αἰμιλιανῷ καὶ Πελαγίῳ διακόνοις. πγ.

Ὅτι μὲν λόγος πραῢς καὶ πάνσοφος, βοηθήματος δίκην σβέσαι δύναται θυμὸν ἐκ μέσης καρδίας ζέοντα, μάλα ἀκριβῶς οἶδα. εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις λόγοις ἔνεστι φάρμακον εὑρεῖν κοιμίσαι δυνάμενον, τοῦτο δὴ οὐκέτι σαφῶς ἐπίσταμαι. ἀλλ' εἰ μὲν ἀνύσω διϊσχυρισαίμην. εἰ δὲ διαμάρτοιμι, μάλιστα μὲν λυπηθείην, ἥκιστα δὲ ἐμαυτὸν μεμψαίμην. οὐκοῦν ἐπειδὴ ἡ ἕξις ἡ ὑμε-

Nam hîc quoque eadem ſententia ſeruabitur. Siquidem parentibus acerbius eſt ſupplicium, cum pueri exitio dantur. Nam pueri fortaſſe, ſi antequam ad eam ætatem peruenerint, quæ bona & mala internoſcendi facultatem habet, e vita diſceſſerint, ne id quidem ſciet, an pœnam aliquam pertulerint: quòd ſi etiam ad eam ætatem acceſſerint, ne grauiter quidem & acerbè hanc rem fortaſſe tulerint, conſuetudine nimirum pœnam leuiorem reddente: ac præſertim cùm ne voluntaria quidem culpa eſt. At parentes intolerādum cruciatum ſuſtinebunt. Quocirca ſi illud abs te intellectum eſt, quod de minimè voluntariis vitiis dictum eſt (nam de voluntariis te quæſiturū haud reor. Nec enim te fugit, Oſiam, propterea quòd contra ius fáſque in ſacerdotij munus inſiliiſſet, quamuis etiam rex eſſet, lepram tamen contraxiſſe) Deo gratiam habe. Sin ſecùs, hoc certè nomine à prudentibus viris mea ratio comprobari debeat, quòd hoc loco decori atque honeſti maiorem rationem habui, quàm perſpicuitatis, naturæ videlicet arcanis haudquaquam euulgatis.

Ioanni Scholaſtico. 82.

Nemo, vt opinor, qui quidem virilem animum habeat, ac viri nomine dignus ſit, cinædorum ſpectaculo capietur, qui humanam vitam palàm enunciant, ac tum maximè clari ac celebres ſunt, cùm maximè exarſerint.

Aemiliano & Pelagio Diaconis. 83.

Quòd ſermo blandus ac ſapientiæ plenus medicamenti cuiuſdam inſtar iracundiam è medio corde feruētem extinguere queat, perquàm exploratum habeo. Num autē in noſtris quoque ſermonibus pharmacum quoddam, quod iram ſedare atque conſopire poſſit, inuenire liceat, illud verò non item exploratè noui. Verùm ſiquidem aliquid profeciſſe affirmem, præclarè res habebit. Sin autem conatus meus

fruſtra fuerit, maximum quidē mœrorem accipiam, at minimè tamen mihi ipſi ſuccenſebo. Quoniam igitur contentio ac ſimultas veſtra in longiſſimum vſque porrecta, non modò vos, ſed etiā multos alios grauiſſimè conuulnerauit, illud quidem peruellem, vos eum extinguere ac delere, vóſque ad amicitiam redire. Si verò hoc nondum, vt quidam aiunt, fieri poteſt, at certè immodicam hāc contentionem animorúmque pertinaciam ſilētio eneruare, ac non dicendis tacendíſque verbis eam adaugere. Nam ſi, quæ nefas eſt, alter aduerſus alterum proloqui deſinatis, ſenſim ac paulatim extincta & proſtrata contentio, vt amicitia excitetur, efficiet. Quemadmodum enim iis, qui aduerſa valetudine laborant, grauiùs non ſe habere, meliùs ſe habendi initium fuerit (etenim in acutiſſimis morbis idem valetudinis ſtatus pro meliore ſtatu haud immeritò habetur:) ſic etiam vobis graui morbo correptis (neque enim eſt quòd voſipſos ſanos eſſe exiſtimetis, dum alter in alterum ita debacchamini) ſi morbus no ingraueſcat, ſanationis principium hoc fuerit. Quare ſiue vobis inimicitiam funditus delere, ac de medio tollere placeat, ſiue eam non lōgiùs progredi, mihiipſi bonam ſpē non eripiā: ſermonémque vt maledicos ſermones cōprimam, bene impenſum eſſe cēſebo.

Theoni Epiſcopo. 84.

Si mihi morem gerendum putas, nullo modo, ſin autem tibiipſi, ne hoſtes tuos in neceſſitatem admodum redigas atque concludas: ne alioqui in extremis rerum difficultatibus neceſſitatem (quæ ſubditis ſibi à deſperatione ſtimulis, miram ad cōtumaciam vim habet) in conſilium adhibentes, iis malis te mulctent, quibus eos mulctare cogitas. Illa enim rerum earum, quæ geruntur, inſpectrix iuſtitia, perſæpe ob victoriam inſolentiam & importunitatem, rerum ſtatū in contrarium cōmutat.

Eulogio presbytero. 85.

Sic exiſtimo, dæmonem ne probo qui-

τέρα οὐρανομήκης, ὥς φασι, γεγενημένη, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἄλλους εἰς τὰ καίρια ἔτρωσε, βουλοίμην ταύτην μὲν σβέσαι καὶ ἀφανίσαι, εἰς δὲ φιλίαν παλινδρομῆσαι. εἰ δὲ τοῦτο τέως, ὥς φασί τινες, οὐχ οἷόν τε, κἂν τῇ σιωπῇ ἐκνευρίσαι τὴν ἄμετρον φιλονεικίαν, καὶ μὴ ῥητοῖς καὶ ἀρρήτοις ῥήμασι ταύτην αὐξῆσαι. ἢν γὰρ παύσησθε ἃ μὴ θέμις καθ' ἑαυτῶν φθεγγόμενοι, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν σβεσθεῖσα ἡ ἔρις καὶ καταπεσοῦσα, τὴν φιλίαν ἀναζωπυρῆσαι παρασκευάσει. ὥσπερ γὰρ τοῖς κάμνουσι τὸ μὴ χεῖρον ἔχειν, ἀρχὴ γένοιτ' ἂν τοῦ βέλτιον ἔχειν. ἡ γὰρ ἐν τοῖς ὀξυτάτοις νοσήμασι ταυτότης, βελτίωσις εἰκότως ἐνομίσθη, οὕτω καὶ ὑμῖν μάλα κάμνουσι. μὴ γὰρ δὴ ὑγιαίνειν νομίζετε τοιαῦτα εἰς ἀλλήλους παροινοῦντες, τὸ μὴ ἐπιτεῖναι τὸ πάθος, ἀρχὴ γένοιτ' ἂν διορθώσεως. εἴτε οὖν ὑμῖν τέλεον ἀφανίσαι δόξειε τὴν ἔχθραν, εἴτε μὴ περαιτέρω προελθεῖν, οὐκ ἀφαιρήσομαι ἐμαυτοῦ τὸ εὔελπιστον ἄξιον εἶναι λόγου, διὰ λόγους κελευθήσεσθαι.

ἀφαιρήσομαι ἐμαυτοῦ εὐθυμῶς ἐμαυτοῦ τὸ εὔελπι τοῦ ἄξιος εἶναι λόγου διὰ λόγους κελευθήσεσθαι.

Θέωνι ἐπισκόπῳ. πδ.

Εἰ μὲν ἐμοὶ πείθοιο, μηδ' ὅλως. εἰ δὲ σαυτῷ, μὴ πάνυ εἰς ἀνάγκην κατάκλειε τοὺς σαυτοῦ ἐχθρούς. μήποτε σύμβουλον ἐν ταῖς ἀμηχανίαις λαβόντες τὴν ἀνάγκην. ἡ δ' ἐστὶ δεινὴ πρὸς ἀπόνοιαν, ὅταν ἀπόγνωσις αὐτὴν ἐρεθίζῃ, τοιαῦτά σε δράσωσιν, οἷα δρᾶν αὐτοὺς μελετᾷς. ἡ γὰρ ἔφορος τῶν δρωμένων δίκη, πολλάκις διὰ ἀπληστίαν τῶν νικώντων εἰς τοὐναντίον τὰ πράγματα περιΐστησιν.

Εὐλογίῳ πρεσβυτέρῳ. πε.

Ηγοῦμαι, ὅτι οὐδ' ἀνθρώπῳ ἁγίῳ δαί-